



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1702. usque ad annum 1708

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1781

VD18 13322648

§. 125. Clementis XI. Constitutiones & epistolæ ad diversos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67633](#)

Sæc. XVII. Missionariis morari, hasque Missionariis
A. C. 1706. dirigere permisum sit. Ceterum Imperator alio edicto declarabat, se in posterum nullum Sedis Apostolicae legatum fore admissurum, nisi ejus fiducitis prohibitorum rituum usum concederet: datis etiam ad Papam litteras idem Imperator petiit, ut Tunc loco Virum sibi magis acceptum in manus mittere velit.

§. CXXV.

Clementis XI. Constitutiones & epistolæ.

Bull. magn. Eodem hoc anno Clemens Pontifex Maximus variis licet, gravissimisque negotiis implicitus, Pastoralis men sollicitudine in omnes casus extensa plures diremit controversias, propositaque dissolvit dubia, & primo quidem Agennensis Episcopus eidem proposuit, quod in sua Diæcesi plures etiæ hæresin palam ejurarint, clam item eidem adhærentes, se veram eadem profiteri dicant, ac etiam conjuramento id spondeant, si matrimonium cum Catholicis inire peroptant etiæ ante voluntatem nubendi raro, et nunquam signa dedissent, se reverent in Iigionem Catholicam amplexos fuisse, & quamvis eorum nonnulli per-

*Conf.**Clem. XI.**pag. 39.**Epist. Ejusd.**pag. 399.*

num, vel longius tempus probentur, Sæc. XVII.
sæpe tamen mox suscepto Catholice A. C. 1706.
Sacramento, statim a nuptiis Templum,
fidem, & pietatis exercitia deserant,
alii vero videntes, probationem suæ
fidei requiri, sponsalia ineant, ac vel-
uti conjugati una cohabitent, liberosque
fuscipliant: Circa hunc casum igitur
Pontifex die vigesima tertia Februarii
rescripsit, eos, de quorum sincera
conversione haud leviter Episcopi su-
spicuntur, non esse admittendos ad
Sacramentum Matrimonii, sed tantum
eos esse admittendos, qui post ipsorum
conversionem seu abjurationem semper
se tanquam Catholicos gesserunt. Die
autem vigesima secunda Martii idem
Pontifex equitibus Jerosolymitanis in-
dulxit, ut in bellicis ipsorum Navibus
Missam celebrari facere possint tran-
quillo mari, cæloque sereno, & affi-
stante altero Sacerdote vel Diacono.
Cum autem Wratislaviensis Magistra-
tus novum vectigal super virtualibus,
quæ in Silesia publice veneunt, in-
duxisset, hacque lege omnes etiam de
Clero sæculari & Regulari obstrinxisset,
Pontifex inde immunitatem Ecclesiasti-
cam lædi ratus, die decima Aprilis
Franciscum Ludovicum Comitem Pa-
latinum Rheni, Ecclesiæ Wratisla-
viensis Administratorem hortabatur,

I i 4 ut

Sæc. XVII. ut omni studio caveret, ne hujusmodi
A.C. 1706 oneri Clerici supponantur. Innocentius
autem Pontifici, quod peregrini Reli-
giosi ante aliquot annos in Vienne et
urbem sese receperint, extra sui Ordinis
Monasteria vixerint, & cum laicis
& apud laicos assidue, & fors eius
cum scandalo versati fuerint, qualiter
colore, quod locus ipsis, tanquam a-
teris, facile non suppetat in Monas-
triis dictæ civitatis, quæ suos alienos
atque hospitari vix possent, hinc de
vigesima secunda Maij Josephum Im-
peratorem rogabat, ut sua auctoritas
suffulciat Marcum Antonium Santu-
cui negotium dedit Pontifex, ut sedi-
cum iis agat, ad quos pertinet, hi Religiosi debita charitate vel illis
vel alibi per finitimas Provincias
Ordinum Superioribus excipientur.
Quoniam vero Religiosi, qui Jerolym-
mis sacrum Christi Sepulcrum culti-
diunt, indies a Turcis plus nimio ex-
xati ad nova tributa adacti fuerant, eu-
dem Imperatorem & Franciae Regem
die decima nona Junii hortabatur,
per suos Oratores ab Aula Ottomana
obtinere fatagant ad Turcicos Prae-
mandata, per quæ ipsi mitiores
æquiores se præbeant Christianis, con-
cedantque, ut Christiani ejusdem Ecclesiae Tholum jam diu dirutum re-
ciperent.

cire, huncque in finem materiam ne- Sæc. XVII.
A. C. 1706.
cessariam aggerere permittantur. Jam
annii evoluti die nona Decembris Joan-
nes Philippus de Greiffenclau Herbipo-
lenlis Episcopus Pontifici significaverat,
quod Philippus Ernestus Comes de
Hohenlohe dispensationem super impe-
dimento Ordinis Sub - Diaconatus, ut
matrimonium cum Catholica inire pos-
sit, impetraverit, ipse vero reipsa illud
cum Friderica Albertina Comitissa de
Erbach - Fürstenau Acatholica contra-
xerit, nunc vero si hoc matrimonium
declararetur irritum, gravia utriusque
familiae incommoda, maximumque de-
decus, proli vero inde susceptæ perpe-
tua nota, ac demum plurius Anima-
rum saluti certa veluti pernicies immi-
nere videretur: ad hunc casum Ponti-
fex die vigesima quinta Junii hæc re-
scripsit: *Etsi pro magnitudine spiritualis
hujusmodi periculi, quod tamen propitio
Deo averti posse existimamus, Ecclesiae
Dei, Apostolicæ Sedis, Prædecessorum
nostrorum, ac Sacrorum Canonum a Ca-
tholicorum cum hæreticis conjugio abhor-
rentium Regulas, nisi id totius Christianæ
Reipublicæ bonum exposcat, non transgredi,
ac propterea petitioni hujusmodi per ipsos
contrahentes Nobis humiliter oblatæ de Ve-
nerabilium Fratrum nostrum S. R. E. Car-
dinalium, quibus in fidei caussis supremi*

I i 5

Inqui-

Sæc. XVII. Inquisitoris munus est demandatum conf.
A.C. 1706. nequaquam assentendum esse duximus, &
 nihilominus de pietate ac Zelo, deque ex-
 mia virtute Fraternitatis tuæ recte senti-
 tes, ac probe omnino sperantes, fieri pos-
 confidimus ope illius, qui facit ex tentio-
 nione proventum, ut lucrum ex ipsa dif-
 cultate captetur. Credimus enim Te omni-
 studio daturum esse operam, ut ipsa do-
 tholica Mulier, quæ animum non prou-
 aversum a Catholica religione se geren-
 fitetur, hortatu demum tuo ad Sancta Tri-
 tris Ecclesiæ gremium perducta, Apo-
 lica se dignam benignitate præbeat.
 gredere igitur plenum meriti opus.

Denique die secunda Decembris
 Pontifex ad implorandam Dei operam
 pro pace inter Principes Catholicos
 aliisque Ecclesiæ necessitatibus Ju-
 læum universale indulxit.

§. CXXVI. *Variæ S. Congregationum decisiones & statuta.*

Bull. magn. Præter varia decreta, quæ Caspari
 Part. II. summi Pontificis Vicarius Genera-
 lis Romæ de vita & honestate Ecclesie
 pag. 409. Conf. Cong. sialticorum, ac præcipue de ueste,
 Rit. Episc. tonsura promulgavit, insuper die sancti
 &c. Martii S. Rituum Congregatio deci-
 ravit, quod si Episcopus Titularis San-
 francesc.